



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

§. I. Amor creaturarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

3. *Abstinere a uerimoniis apud omnes.*

ne, veraque pectoris pace ac puritate, & necdum initia vitæ spiritualis attigit.

Consueſce vivere absque multis querimoniis. Si libet sapiens conqueri, conquerere Deo, vel beatæ Mariæ Virgini, aut aliis Sanctis; exponens illis humiliter ac placidè ea quæ te premunt & pravant.

CAPUT IV.

Amoris, Delectationis, Vestis, Refectionis, Lingue, Sensuum, Gestuum, Cogitationum ordinatio & custodia.

§. I. AMOR INORDINATVS CREATVRARVM.

1. Non inhære rebus creatis, quia fluxa sunt & fragiles.
2. Vitandum ergo eis dumtaxat ad honestum solatium, non abutendum ad peruersam voluptasem.
3. Præsertim amputandus amor inordinatus personarum etiam sanctarum, quia periculosus valde.
4. Idè omnem amorem tuum à creaturâ ad solum Christum transfero.

§. II. CARNALES DELECTATIONES CONTEMNENDÆ.

1. Etiam iis, quibus licitè uti possis, parcissimè tamen uti expediat.
2. Intra cancellos nimirum naturalis officii atq; honestatis.

§. III. APPARATVS MODERATVS VESTIVM ET SVPPELLECTILIS.

1. Quare mediocritatem in rebus externis.

§. IV. CORPORALIS REFECTIO-NIS MODVS.

1. Voracitas, lautitia, murmuratio de eibû appositis, dedecet hominem spirituali vitæ addictum.
2. Pia meditatio, aut sacra lectio inter comedendum assumenda.
3. Quod excessu peccaveris, emenda per humilem à Deo veniam postulationem.
4. In corpore propter Deum refocillando concessa laudatâq; mediocritas.

§. V. DISCIPLINA LINGVÆ.

1. Sermo sit gravis, sine ineptia aut lascivia,

2. Sine aliorum offensa aut censura;
3. Verax etiam, & ab omni falsi specie alienus;
4. Sermo lascivus & detractorius, aut asperè corripendus, aut deatre amputandus, aut cum signo displicenti audiendus.

§. VI. SENSIVM CVSTODIA.

Vtere sensibus tuis ex recta ratione.

§. VII. MORES AC GESTVS.

Placidi sint & maturi gestus ac mores.

§. VIII. COGITATIONVM NORMA.

1. Puritas eorum magno studio curanda.
2. Vilitas, brevitatis, deformitas libidinosa voluptatis.
3. Remedia contra cogitationes carnales.

§. I. AMOR CREATURARVM.

FREQUENTER memoria repetere Christianum te esse, non tam propter præsentem quàm propter futuram vitam; & terrenis caducisque rebus despectis, transfer cor tuum ad cælestia atque æterna. Tam nobiliter condita est anima tua, ut eam totus iste mundus satiare nequeat. Res transitoria, bona infima nunquam te satiabunt; sed solus Deus, qui est summum & perenne bonum, satiabit te. Quod quidem plenè tunc tibi contingit, quando in cælum receptus, videbis Deum sicuti est. Hic in terra non nisi miserum exilium est, & hiems aspera: in cælo vera patria est, & ætas amœnissima. Vita ista, quàm libet longa sit, æternitati comparata, quàm brevis est! Vix momentum temporis dici debet. Quàm citò transcurrunt, avolant & decidunt ea quæ in hoc mundo sunt! Si inhæseris fluxis, deflues cum eis. Inhære Deo, qui stabiliter manet, & nunquam defluit. Quid, obsecro, tibi pro-

SPICU-
LUM SPI-
RITUA-
LE.

desset, si modò divitiis, honoribus, deliciis voluptatibusq; mundanis afflueres, & postea mittereris in ignem æternum? Pensa, ô amice, pensa diligenter istud apud teipsum.

2. Ideoque
creatus u-
vendum,
non abu-
rendum,
seu inor-
dinatè
adhæsi-
one fru-
endum.

Utere hic, ad honorem Dei, creaturis: sed cave ne illis per vitiosum affectum agglutineris. Serva te intus liberum ac purum, quantum potes. Quidquid decoris, elegantiae dulcedinis, suavisque fragrantiae, ac suavium sonorum, vel perfectionis percipis in rebus creatis, refer id totum ad Creatorem, patriamque cælestem: nam à Deo omnis pulchritudo, suavitas & perfectio creaturarum profluxit. Tu quidem potes aliquod solatium secundum Deum ex ipsis rebus creatis capere; sed eis inhærere non debes, neque in eis teipsum seu propriam delectationem perverse quærere.

3. Amor in-
ordinatus
etiam er-
ga san-
ctas per-
sonas am-
putandus
ob pericu-
la.

Igitur non adhærescas cum inordinato amore alicui homini, etiam si pius admodum & sanctus sit: nec cupias ut aliquis ita tibi adhæreat, verum Deo tuo contentus esto, & in eo delectare. Dici non potest, quantum noceat, & quanta pericula pariat inordinatus erga aliquem affectus, & amor, maxime dum quis per huiusmodi affectum, incautamque familiaritatem alteri non eiusdem sexûs personæ sese alligat. Ama te & omnes homines in Deo & propter Deum; at Deum ama propter seipsum.

4. Solum te
su dilige.

Dilige, quæso, Jesum Christum dulcem Creatorem & Re-

demptotem tuum, veras divitias tuas, & verum atque jucundissimum bonum tuum. Si non vales aum ardentem diligere, dilige ut potes, & quemadmodum ipse gratiam donare dignatur. Desidera ut possis illum perfecte pro grata voluntate ipsius amare. Quod si non sentis in te desiderium, saltem desidera habere desiderium. Dicit ei amabili Domino tuo: *Bone Jesu, ego te toto corde diligere debeo & cupio: tu pro me supplere digneris quidquid ardentis desiderii & amoris mihi deest.* Potes itidem dicere: *Domine, ego humilis, resignatus, patientis, benignus, mitis, modestus, continentis, sobrius, alacer, devotus esse debeo & opto: tu pro tua bonitate supplere digneris quidquid mihi deest in his virtutibus ac bonis.* Quoties enim Christum Jesum eo modo piè & ex animo rogaveris (etiam si millies in die hoc feceris) toties ipse proculdubio seipsum offeret Patri suo pro te, & defectum tuum perfecte supplebit cordis sui amore, suaque humilitate, resignatione, patientiâ, benignitate, &c.

§. II. MORTIFICATIO VOLUPTATUM.

Tamquam peregrinus & adventus in hoc mundo, vilipende impura oblectamenta, ea scilicet, quorum Deus causa non est, & quæ ad Deum obtinendum non promovent, quæque naturæ sustentandæ necessaria non sunt. Si voluptates carnis adhuc magni pendis,

1. Carnis ob-
lectamen-
tu mori-
endum,
& par-
cissimè
ut uten-
dum.